

LIBER USUUM ORDINIS CISTERCIENSIS

Kaisheim oder Stams, Ende 13. Jh. Seite 47r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

illi qui sunt in secle abbatis.
Ceteri uero incuruentur ex
aduerso. Et quando sacerdos
dixerit et ne nos inducas. et e
erigantur donec sacerdos di
cat. dirigere et sanctificare. et
tunc incuruentur. Que incur
uatio fiat equaliter omni tem
pore. Lector quoque ita se incur
uet uel prosternat ante ana
logium. sicut illi qui sunt iux
ta ingressum capituli. Dicto
autem qui fecit celum et ter
ram. resideant. ita tamen ut
prius assideat. qui tenet ca
pitulum. Qui dum resederint.
non humilient se inuicem si
cut prius. Postquam omnes
resederint. incipiat lector lec
tionem de regula. Qua fini
ta. dicat tu autem. Et acci
piens tabulam legat breue.
si ipso die legendum fuerit.
Quod si sub prior capitulum te
net. et qui legit prior ipsius
fuerit. et si eum pronuncia
uerit fratrem eum nominet.
et sic etiam se ipsum nominet
Et dum breue recitatur.
qui nomen suum intelligit
inclinet. Cui autem ebdoma
da aliqua ascripta fuerit. et
si intelligit se illam propter
quamlibet inconmodita
tem non posse complere.
potest inde miam in presen
ti capitulo querere. et nam
extra non debet. Quod tamen
si prograui necessitate fie
ri contingerit. et sequenti
capitulo ueniam petat. et ne
cessitatem intimet. Lecta i
taque tabula. pronuncietur
conmemoratio fratrum.
hoc modo. Conmemoratio
omnium fratrum et fami
liarium defunctorum ordi
nis nostri. De inde dicat.
qui tenet capitulum. Requies
cant in pace. Et dicto amen.
inclinet lector et offerat li
brum abbati. Abbas uero
uel accipiat et exponat. uel
alii innuat deferendum. Cu
i lector ostendat sententiam
quam exponere debet. et sic
eat in locum suum. Ubi cum
aduenerit non inclinet an
seclem. sed postquam resede
rit humiliet se sicut alii fe

47